us prophete: ſed paſtor caprarum uellicans ſyco
moros: patris nomen in titulo non habere. Hoc
ſi ueruz eſt: ſophonias propheta: qui nomine: ut
ita dicam: prophetico & gloriaſa maiorum ſuorũ
ſtirpe generatus eſt. Habuit enim patrem chuſi
auũ godoliã: proauuz amaſiã: attauum ezechiaz
& talem quadrigã ipe uelut extremus auriga cõ
pleuit Nomẽ ſophonie alii ſpeculã: alii arcanuz
dñi tranſtulerũt. Siue igitur ſpecula: ſiue abſcon
ditum dñi interpretetur: utrũq; prohĉ conuenit
Dicitur enĩ ad ezechielẽ. Filii hominis: ſpecula
torez te poſui domui iſrahel. Iſte ergo propheta
q erat in ſpecula & ĩ ſublimibus cõſtitutus: & no
uerat myſteria dñi: filius erat chuſi: q ĩterpreta
tur humilitas. Habebat quoq; auũ godoliã qui
dr̃ magnitudo dñi: & proauũ amaſiã: q & ipe uer
titur ĩ ſermonez dñi: attauũ ezechiam qui ſonat
fortitudo dñi. De fortitudine itaq; dñi nat9 eſt
ſermo dñi: & de ſermone dñi. nata ẽ magnitudo
dñi & de magnitudine dñi nata ẽ huĩlitas: ut cuz
ꝑuenerit aliqs ad ꝑfectũ dicat: qa non ſũ dignus
uocari apoſtol9. Et illud ĩ pſalmis. Dñe non ẽ e
xaltatũ cor meũ: neq; elati ſũt oculi mei. Ioziam

regem iude cuius tp̄oribus ſophonias prophāſſe
īuenitur: deo pre oībus regib9 iude placuiſſe hi
toria quarti libri regū & ſecūdi palipomenon de
mōſtrat. Iozias ſimulacra q̄ pr̄ ſuus āmon uel a
uus manaſſes ī tēplo dei collocauerat deiecta cō
minuiſſe mōſtratur. In qbus etiā ſerpentē ereū
a moyſe factū cui errori inductus populus ſupſti
tione idolorū detentuſ admiſerat. Idem cuſtodiſ
ſe paſcha: & ītermiſſis tp̄oribus multis ſolus cele
braſſe monſtratur. Ideo de9 per prophetā tp̄ori
bus memorati regis que pro uentura erant oſtē
dens gentibus quidez lectōne cōphēſis affutu
rum iudicium. Populo uero iſrahel ſalutem: & ci
uitati hieruſalem reſtaurationem tunc tp̄oris tri
buendam textu lectionis denunciauit.

Incipit prologus in aggeum prophetam.

Ieremias prophā ob cauſaz piurii ſede
chie regis: ut hiſtoria libri ſecundi pali
pomenō īdicat: qūi fidē promiſſā nabu
chodonoſor regi chaldeorū non ſeruaūat: populū
iſrahel refert cuz memorato rege hieruſalē expu
gnata hieruſalē captiuū ī babylonem fuiſſe pdu
ctū. Sed cū memoratus populus multis tp̄oribus
idolis ſeruiendo: etiam effuſione ſanguinis innc
centum ſe grauiter impiaſſet: uolens deus gene
rationem uniuerſā eiuſdem populi ob cauſas me
moratas penit9 deperire: ſeptuagīta annorū cap

tiuitatē eūdeꝫ pplūꝫ ī regno chaldeorū ſtatuit ſuſ
tinere: hac ratiōe ut cōpleto numero annorū: no
uꝰ pplūs a memoratis pccīs īmuniſ ad renouatio
nē hieruſalē pueīret Sexageſimo itaqꝫ ſecūdo an
no: regno chaldeorū ſubuerſo ꝙ adhuc octo anni
reſtabāt ad regnandū: ꝙ etiā ſexta uiſio danielis
oſtēdit: cū propter cauſā ſacrilegii: quod ī eadeꝫ
uiſione cōtinetur fuiſſe extīctū: dariꝰ q medis ī
ꝑabat: ut ſeptīa uiſio danielis oñdit: memoratus
in regno ſuceſſit. Cuiꝰ primo āno regni: ut deci
ma uiſio danielis manifeſtat: daniel ſupputatis ā
nis uidēs appropīqre tp̄s reuerſiōis: q̄ ꝑ hieremi
ā fuerat promiſſa: orās tā pro ſe quā pro populo
eādeꝫ promiſſionē a deo poſtulabat īpleri: cui p
gabrielē archāgelū ī eadem uiſione iuxta p̄ces e
iuſdē: uniuerſa cōpleta eſſe: deus dixit. Nā mo
riēte ſupradicto dario rege medorū & ſuccedēte
in regno cyro rege ꝑſarum: promiſſione dei com
pleta per eundeꝫ regem populumqꝫ iſrahel ī hie
ruſalem reductum: hiſtoria ſecūdi libri paralipo
menō: & initium eſdre prophete cōfirmāt. Cūqꝫ
a populo iſrahel & ſenioribus templū dei edifica
ri cepiſſet: mortuo cyro rege ac regnāte dario re
ge ꝑſarū: q memorato cyro ſuceſſerat: uicine gē
tes ciuitatis hiruſalē: ut idē eſdras refert: reſtau
rationē tēpli & ciuitatis reſiſtēdo īpedire ceꝑunt.
Qua ratiōe deterritꝰ pplūs iſrahel: reꝑationē ſu
pradicti tēpli dn̄i necdū iuxta promiſſioneꝫ cōces

ſā eſſe credebat. Propter quod ī ſecūdo āno regni memorari darii regis pſarum agge9 prophā a deo miſſus zorobabel q de tribu erat iuda: q ptāte3 regnī ſuſcepturus erat: & ieſū filiu3 ioſedech ſūmū ſacerdotē āmonet: ut credāt cōpleto numero ānorū tp9 reſtaurationis hieruſalē aduenisſe: hoc etiā addito: ne īcredulitatē pplī uellēt imitarī: de quo deus p eū dixit. Popul9 hic dicit. Nōdū uenit tp9 ut edificetur domus dei. Oīa aūt q̄ textu huius prophetie cōtinentur: reuerſionē populi: edificationē tēpli: renouationē ciuitatis: obſeruātiā ſacerdotale3: & initiū regnorū gentium exterarū ſignificāt.

Incipit prologus in zachariam prophetā.

S Ecundo anno darii regis medoru3 aggeum & zachariam prophetaſſe lectiones eorundem declarant. Sed hac de cauſa aggeus zacharie in ordine prophetarum prelatus eſſe uidetur: q eum duobus menſibus: ut predictorum lectiones oſtendunt: in prophetia preceſſiſſe inuenitur: & ad reparationem templi precepto dei populum animaſſe: ut eſdras refert dicens: In ſecundo anno darii regis perſarum prophetauerūt aggeus & zacharias filius addo prophete ſuper iudeos qui erant in iuda & iſrahel: ſuper hieruſa

lē in noīe dei ſup eos. Tūc ſurrexerūt zorobabel filius ſalathiel & ieſus filiꝰ ioſedech & prīcipes e ius īchoauerūtqꝫ edificare domū dei q̄ eſt ī hieru ſalē. Quibus cū adeſſēt prophē: exortatione ſua adiuuerūt eos. Nā & pplūꝫ iſrahel ab imitatiōe paternorū delitorū p ſuā āmonitionem idem pro pheta cupiens reuocare: uerbis lectione cōphē ſis uſus eſt. Vidi nocte: & ecce uir aſcēderat ſup equū rubeū & c̄. Vidit propheta uirū equo rubeo ſedentem: & ſtātem in medio myrteti umbroſi: cuius uiſionis hec ſolutio eſt. Vir aſcēdens equū rubeū: licet angelus intelligatur: tamē quia p̄dic ti coloris equū cōſcendere uiſus eſt uīdictā ſāgui nis in eā gentem ſignificat afferendā: que popu lum iſrahel in captiuitatem redegerat. Nam & yſaiaſ propheta per ruboreꝫ ueſtimentorum īter gentes uindictam cum ſanguine a deo proferen dā demonſtrans his uerbis uſus eſt dicens: Quis eſt iſte qui uenit de edon tinctis ueſtibus de bor ra & c̄. Stantē uero in medio myrteti umbrantis qꝫ dixit: leticiam populo affuturam: per myrteti ſignificationem uoluit deſignari. Eius ligni mo yſes in leuitico cum faceret mentionē: ait accipie tis die prima fructus ligni ſpecioſi: ut leticiaꝫ po puli per bene olentis ligni & ſpecioſi umbraculū demonſtraret. Sed hanc uiſionē que liberationeꝫ populi: & uīdictam de aduerſariis affuturam de monſtrat: ob hoc nōctu prophā ſe uidiſſe memo

rauit: quia populuꝫ iſrael ĩ prima liberatione de terra egypti: noctu diſceſſiſſe cõſtabat: cuiꝰ exẽpli quia p̃ſens populus aliquam partem in ſe retinere uidebatur: liberatio eiuſdẽ ac reditꝰ captiuitatis de terra chaldeorũ p noctẽ prophẽ eſt reuelata.

Incipit prologus ĩ malachiã prophetam.

DEus p moyſen populo iſrahel p̃cepat: ſacerdotes tabernaculi ſui oĩ corporali uitio liberos hoſtias oĩ uitio uacuas ſibi offerre. Quibus legem ſuã ad regenduꝫ populum ob hoc dederat: ut p ſacrificiorũ oblatõnem ĩternũcii dei & hoĩꝫ fcĩ: populũ p̃ceptis celeſtibꝰ facerẽt obedire: Vnde ſacerdotes ãgelos dei eſſe hoc in loco ſcriptura teſtatur. Sed q͆ tanti muneris grãm contenentes ſupradictꝰ populꝰ ac ſacerdotes ſacrificia uitio deturbata: ipis crimĩbus atq; ĩpietatibus maculati: deo offerre cepũt. Ideo p malachiã prophetã deꝰ populũ ſuũ iſrahel ĩcrepãs ait. Dilexi uos: dicit dñs: Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nõne frater erat eſau iacob: dicit dñs. & dilexi iacob: eſau autẽ odio habui: Eſau autẽ fratrẽ iacob nõ iniq͂ aut ſpõtanea uolũtate odio hĩtũ a deo: uel ſine meriti grã iacob dilectũ manifeſtũ ẽ: cũ ſecũdũ p̃ſcientiã ſuã eſau qdẽ effuſionẽ fraterni ſãguinis cõcupiſceṙ: iacob aũt ĩ ſui cognitiõe obſeruãdã legẽ deſideraṙ cognoſceret

Cuius rei gr̄a ſupradicto uſ9 eſt exēplo dicens: Dilexi iacob: eſau autē odio habui: Quāuiſ ex o pibus ĩmemoratorū quoruꝫ liber geneſeos memi nit: in quo unuſqſq; eorū futurus erat: propoſito manifeſte cōſtaret ut ſcriptū eſt: Creuerūt pueri & erat eſau hō agreſtis ſciens uenari: iacob autē hō ſīplex manēs ī tabernaculo. Nā reliqua q̄ lec tione cōprehenſa ſūt p̄uaricationē pplī iſrahel ī obſeruādis ſacrificiis dei. īcrepationēq; ī eūdē: q̄ deos alienos coluerūt ſignificāt.

Incipit prologus btī hieronymi presbiteri ī libros machabeorū.

Machabeorū libri duo prenotant prē lia inter hebreorum duces gentem q; perſarum: pugnaꝫ quoq; ſabbato rum: & nobiles machabei ducis tri umphos: ex cuius nomine & libri ī idem ſunt nūcupati. Hec quoq; hiſtoria cōtinet etiā inclita illa geſta machabeorum fratrū: q ſub antiocho rege pro ſacris legib9 dira tormenta p peſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſuppli ciis urgerentur: nō ſolū nō fleuit: ſed & gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis.

Item alius prologus.

MAchabeorum libri licet non ha

beātur in canone hebreorum: tamen ab eccleſia inter diuinorum uoluminuꝫ annotatur hiſtorias Prenotāt auteꝫ ꝓlia inter hebreorum duces genteſqꝫ pſarum: pugnā quoqꝫ ſabbatorū: & nobiles machabei triūphos: fedus quoqꝫ amicitiarū cum romanorum ducibus atqꝫ legationū. Machabei ſeptem fratres ab una matre machabea nomine geniti: cuſtodientes legem: patris traditionē nō manducantes carnem porcinam. ob hoc ab antiocho rege ſeuiſſimo in antiochia martyrii gloria coronati ſunt cum matre ſua: atqꝫ ſepulti cuꝫ magna ueneratione ibi quieſcunt.

Incipit epiſtola beati Hieronymi ad damaſum papam in quattuor euangeliſtas.

BEatiſſīo pape damaſo. hieronymus Nouum op9 me facere cogis ex ueteri: ut poſt exemplaria ſcripturarū toto orbe diſperſa quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe uariāt que ſint illa que cum greca conſentiant ueritate decernam. Pius labor ſed periculoſa preſumptio iudicare de ceteris. ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis mutare linguam: & caneſcentem mūdum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus: cum in manus uolumē aſſumpſerit: & a ſaliua quam ſemel imbibit:

uiderit diſcrepare quod lectitat: non ſtatī erum
pat in uocem me falſariuꝫ: me clamans eſſe ſacri
legum: qui audeam aliquid ī ueteribus libris ad
dere. mutare. corrigere? Aduerſuſ quam inuidiā
duplex cauſa me conſolatur: quod & tu q ſūmus
ſacerdos es. fieri iubes. & uerū non eſſe quod ua
riat: etiā maledicoruꝫ teſtimonio comprobatur.
Si enim latinis exemplaribꝫ fides eſt adhibēda:
reſpondeāt quibus tot ſunt exēplaria plene quot
codices. Sin autem ueritas eſt querenda de pluri
bus: cur non ad grecam originem reuertētes ea
que uel a uitioſis interpretibus male edita: uel a
pſumptoribꝫ imperitis emendata peruerſiꝫ: uel
a librariis dormitātibus aut addita ſunt aut mu
tata corrigimus? Neqꝫ uero ego de ueteri diſpu
to teſtamento: quod a ſeptuagīta ſenioribꝫ ī gre
cam līguam uerſuꝫ: tertio gradu ad nos uſqꝫ per
uenit. Non quero quid aquila quid ſymmachus
ſapiāt: quare theodotiō īter nouos & ueteres me
dius incedat. Sit illa uera interpretatio: quam a
poſtoli probauerūt. De nouo nunc loquor teſta
mēto quod grecū eſſe nō dubiū eſt: excepto apoſ
tolo matheo: q primus in iudea euangelium xpi
hebraicis litteris edidit. Hoc certe cū in nr̄o ſer
mone diſcordat. & diuerſos riuulorum tramites
ducit: uno de fonte querendus eſt. Pretermitto
eos codices quos a luciano & heſicio nuncupatos
paucorum hominum aſſerit peruerſa conten

tio: quibus utiq; nec ĩ ueteri ĩſtrumẽto poſt ſep
tuagĩta ĩterp̃tes emendare quod licuit. nec ĩ no
uo profuit emendaſſe: cum multarum gentiũ lin
guiſ ſcriptura ãte translata doceat falſa eſſe que
addita ſunt. Igitur hec preſẽs prefatiuncula pol
licetur quattuor tantũ euãgelia: quorũ ordo eſt
iſte. matheus. marcus. lucas. iohãnes. codicũ gre
corũ emendata collatõne ſed ueterũ: que ne mul
tum a lectionis latine cõſuetudine diſcreparet.
ita calamo imperauimus: ut his tantum q̃ ſenſuʒ
uidebãtur mutare: correctis: reliqua manere pa
teremur ut fuerãt. Canones quoq; quos euſebiꝰ
ceſarienſis epiſcopus alexandrinum ſecutus ãmo
nium in decem numeros ordinauit: ſicut ĩ greco
habetur expreſſimus. quod ſi quis de curioſis uo
luerit noſſe que in euangeliis uel eadẽ uel uicina
uel ſola ſint: eorum diſtinctõne cognoſcet. Mag
nus ſiquidem hic in nr̃is codicibus error inoleuit
dũ quod in eadem re: alius euãgeliſta plꝰ dixit.
in alio quia minus putauerint addiderũt: uel dũ
eundem ſenſum alius aliter expreſſit. ille q̃ unũ
e quattuor primuʒ legerat: ad eius exemplũ cete
ros quoq; eſtimauerit emendãdos. Vnde accidit
ut apud nos mixta ſint omnia. & in marco plura
luce atq; mathei. Rurſum in matheo plura iohã
nis & marci: & in ceteris reliquorum que in aliis
propria ſunt inueniantur. Cum itaq; canones le
geris: qui ſubiecti ſunt cõfuſionis errore ſublato

& ſimilia omnium ſcies. & ſigulis ſua queq; reſti
tues. In canone primo concordāt q̄ttuor. mathe
us. marcus. lucas. iohannes. In ſecundo tres. ma
theus. marcus. lucas. In tertio tres. matheus. lu
cas. . iohanes. In quarto tres. matheus. marcuſ.
iohannes. In quīto duo. matheus. lucaſ. In ſexto
duo. matheus. marcus. In ſeptimo duo. matheꝰ
iohannes. In octauo duo. lucaſ. marcus. In nono
duo. lucas. iohannes. In decimo: propria unuſqs
q; que non habentur in aliis ediderunt. Singulis
uero euāgeliis ab uno īcipiens uſq; ad finē libro
rū diſp numerus accreſcit. Hic nigro colore preſ
criptus ſub ſe habet alium ex minio diſcolorē nu
merum: qui ad decez uſq; procedenſ īdicat: prior
numerus in quo ſit canone requirendus. Cum er
go aperto codice uerbi gr̄a illud ſiue illud capitu
lum ſcire uolueris cuius canonis ſit: ſtatiz ex ſub
iecto numero doceberis: & recurrens ad prīcipia
in quibus canonum eſt diſtincta cōgeries eodēq;
ſtatim canone ex titulo frontis inuento: illū quē
querebas numerum eiuſdez euangelii qui & ip̄e
ex inſcriptione ſignatur inuenies atq; e uicino ce
terorum tramitibꝰ inſpectis quos numeros e re
gione habeant adnotabis & cum ſcieris: recurreſ
ad uolumina ſingulorū: & ſine mora repertis nu
meris quos ante ſignaueras: reperies & loca in q
bus uel eadem uel uicina dixerūt. Opto ut ī xp̄o
ualeas: & memineris mei papa beatiſſime.

Incipit alius prologus.

PLures fuiſſe qui euangelia ſcripſe runt: Lucas euangeliſta teſtatur di cens. Quoniam quidē multi cona ti ſunt ordinare narrationem rerū que in nobis complete ſūt: ſicut tra diderunt nobis qui ab initio ipſi uiderunt ſermo nem: & miniſtrauerunt ei: & perſeuerantia uſq; ad preſens tempus monimenta declarant. que a diuerſis autoribus edita diuerſarum hereſum fu ere principia: ut ē illud iuxta egyptios. & thomā & mathiam & bartholomeū duodecī quoq; apoſ tolorum. & baſilidis atq; applliſ ac reliquorum quos enumerare longiſſimum eſt: cū hoc tantū in preſētiarū neceſſe ſit dicere: extitiſſe quoſdā qui ſine ſpiritu & gratia dei conati ſūt magis or dinare narrationem: quā hiſtorie texere uerita tem. Quibꝰ iure poteſt illud propheticū coapta ri. Ve qui proferunt de corde ſuo: q ābulāt poſt ſpiritum ſuum. qui dicunt. hec dicit dn̄s. & dn̄s non miſit eos. De quibus & ſaluator in euāgelio iohannis loquitur. Omnes qui āte me uenerunt fures fuerunt & latrones. Qui uenerunt: nō qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait. Veniebant. & ego non mittebā eos In uenientibus preſumptio temeri tatis: in miſſis obſequium ſeruitutis eſt. Eccl̄ia autem q̄ domini uoce ſupra petram fundata eſt

quam introduxit rex in cubiculum ſuū: & ad quā
per foramen deſcenſionis occulte miſit manuꝫ ſu
aꝫ ſimilis damule hīnuloq; ceruorū quattuor uo
lumina paradiſi inſtar eructans quattuor & āgu
los & ānulos habet: per quos q̄ſi archa teſtamen
ti & cuſtos legis domini lignis mobilibꝰ uehitur
Primus omnium matheus eſt publicanus cogno
mento leui: qui euangelium in iudea hebreo ſer
mone edidit: ob eorū uel maxime cauſam qui in
ihūꝫ crediderant ex iudeis: & nequaquā legiſum
bra ſecedente euangelii ueritatem ſeruabāt. Se
cūdus marcus interpres apoſtoli petri: & alexan
drine eccleſie primus epiſcopus: qui dominum q
dem ſaluatorem ipſe non uidit: ſed ea que audie
rat magiſtrū predicāteꝫ: iuxta fidē magis geſto
rum narrauit quā ordinem. Tertius lucas medi
cus natione ſyrus antiocenſis cuius laus in euan
gelio: qui & ipſe diſcipulus apoſtoli pauli ī acha
ie bithinieq; partibus uolumen cōdidit. quedā al
tius repetēs & ut ipſe in prohemio confitetur au
dita magis quaꝫ uiſa deſcribens. Vltimus iohan
nes apoſtolus euangeliſta quē ihūs amauit pluri
mum. qui ſuper pectus domini recumbens puriſ
ſima doctrinarum fluenta potauit. & qui ſolꝰ de
cruce meruit audire. Ecce mater tua. Is cū eſſet
in aſia: & iam tunc hereticorū ſemina pulularent
cherinthi: ebionis: & ceterorum qui negāt xp̄m
ī carne ueniſſe: quos & ip̄e ī epiſtola ſua āntichriſ

tos uocat. & apoſtolus paulus frequenter pcutit coactus eſt ab omnibus pene tunc aſie epiſcopis & multarū eccleſiarū legationibus de diuinitate ſaluatoris altius ſcribere: & ad ipſum ut ita dicaʒ dei uerbum: nō tam audaci quā felici temeritate prorumpere; ut eccleſiaſtica narrat hiſtoria. cuʒ a fratribus cogeretur ut ſcriberet ita facturuʒ ſe reſpondiſſe ſi indicto ieiunio in cōmune oēs deū deprecarentur. Quo expleto. reuelatione ſaturatus in illud prohemiū celo ueniens eructauit. In prīcipio erat uerbū & uerbum erat apud deuʒ. & deus erat uerbū. hoc erat in principio apud deuʒ Hec igitur quattuor euāgelia multo āte pdicta ezechielis quoq; uolumē probat in quo prima uiſio ita cōtexitur. Et in medio ſimilitudo quattuor animaliū: & uultus eorū. Facies hominis & facies leonis & facies uituli & facies aquile. Prima hominis facieſ matheū ſignificat qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere. Liber generatioīs ihū xpi filii dauid filii abraham. Secunda marcum: ī quo uox leonis ī heremo rugientiſ auditur. Vox clamantis in deſerto. parate uiam domini: rectaſ facite ſemitas eius. Tertia uituli. q̄ euangeliſtā lucā a zacharia ſacerdote ſumpſiſſe inicium prefigurat. Quarta iohannē euangeliſtā qui aſſūptis pēnis aquile & ad altiora feſtinās de ūbo dei diſputat:. Cetera que ſequuntur. in eundē ſenſū proficiunt. Crura eorū recta & pennati pedeſ. &

quocunq; ſpūs ibat. ibāt: & nō reuertebātur: & dorſa eorū plena oculis: & ſcītille has lampades in medio diſcurrentes. & rota ī rotam: & in ſīgu lis quatuor facieſ. Vnde & apocalypſis iohanniſ poſt expoſitionē uigītiquatuor ſeniorum q tenē tes citharas & phialas adorātes agnum dei. ītro ducit fulgura atq; tonitrua: & ſepte; ſpiritus diſ currētes & mare uitreū: & quatuor animalia ple na oculis dicens. Animal primū ſimile leoni: & ſecūdum ſimile uitulo: & tertiū ſimile homini: & quartū ſimile aquile uolanti. Et poſt paululum. Plena inquit erant oculis. & requiem non habe bant die ac nocte dicētia. Sanctus ſanctus ſāctuſ dominus deus omnipotens. qui erat: qui eſt: qui uenturus eſt. Quibus cūctis pſpicue oſtenditur. quatuor debere tantū euāgelia ſuſcipi: & omneſ apocriphorum uenias mortuis magis hereticis quam eccleſiaſticis uiuis cauendas.

¶ Sequitur prologus in Matheum.

Matheus cū primo predicaſſet euangeli um in iudea: uolens tranſire ad gentes primus euangelium ſcripſit hebraice: quod fratribus a quib9 ibat: ad memo riam reliquit. Sicut enim neceſſe fuit ad confir mationem fidei euāgeliū predicare. ſic & cōtra hereticos ſcribi. Cum autē plures euāgeliū ſcrip

ſerīt: quatuor tantū habet auctoritatis teſtimo
niū: quia per quatuor mundi partes fidem nunci
ant trinitatis. & ſūt quaſi quatuor rote ī quadri
ga domini que uehit eum per p̄dicationem euā
gelii. & geuuſ humanū quadrifida morte perem
ptum: eorū erat predicatione uiuificandum: un
de et aliorū euāgelia deciderūt. nec recepta ſūt:
quia nolebāt prefinitum numerum caſſari ꝓp
ter uirtutē ſacramenti. Deſignātur etiam euā
geliſte quatuor figuris: q̄ nō ſūt deceptorie. ſed
iocūdi myſterii ſibi cōſcie. Matheus in homine
intelligitur: quia circa humanitatem xp̄i princi
paliter īmoratur. Marcus in leone. quia agit de
reſurretiōe. Lucas in uitulo agēs de ſacerdotio
Iohānes in aquila ſcribens ſacramenta diuinita
tis. Xp̄uſ uero quem deſcribūt homo fuit de uir
gine natꝰ. Vitulus ī immolatione. Leo in reſur
retione. Aquila in aſcenſione. Vel ī homine hu
manitas. In uitulo ſacerdotium. In leone regnū
In aquila exprimitur diuīnitatis ſacramētum.

¶Incipit argumētū ī euāgeliū ſecūdū Matheū

MAtheus ex iudea ſicut ī ordine primꝰ
ponitur ita euāgeliuꝫ in iudea primuſ
ſcripſit. cuius uocatio ad dominum ex
publicanis actibus fuit: duorū in gene
ratione chriſti principia preſumenſ: unius. cuiuſ

prima circūciſio in carne: alterius. cuius ſecūdū cor electio fuit: Ex utriſq; enī patribus chriſtuſ Sicq; quaterdenario numero triformiter poſito principiū a credēdi fide in electionis tempus porrigēs: & ex electione uſq; in trāſmigrationis diem dirigēs: atq; a tranſmigrationis die uſque in chriſtum definiēs: decurſam aduētus domini oſtendit generationē: & numero ſatisfaciens & tēpori. ut & ſe quod eſſet oſtēderet. & dei ī ſe opus monſtrās etiā in his quorū genus poſuit. xp̄i opātis a principio teſtimoniū non negaret. Quarum omnium rerum. tempus. ordo. numerus. diſpoſitio. uel ratio quod fidei neceſſarium eſt. deuſ chriſtus eſt: qui factus ex muliere. factus ſub lege. natus ex uirgine. paſſuſ in carne. oīa in cruce fixit: ut triumphās ea in ſemetipſo reſurgens in corpore & patris nomē in patribus filio: & filii nomē patri reſtituens in filiis ſine principio ſine fine: oſtendēs unum ſe cum patre eſſe. quia unus eſt. In quo euāgelio utile eſt deſiderātibuſ deū. ſic prima uel media uel pfecta cognoſcere: ut & uocationē apoſtoli. & opus euāgelii. & dilectionem dei in carne naſcentis per uniuerſa legētes intelligāt: atq; id in eo in quo apprehenſi ſūt: & apprehēdere appetūt. recognoſcant. Nobis enī hoc in ſtudio argumēti fuit: & fidē facte rei tradere. & opantiſ dei intelligēdam diligenter eſſe diſpoſitionē querentibus non tacere.

¶ Incipit prologus ī euāgelium ſecūdū Marcū

M Arcus euāgeliſta dei electus & petri ī baptiſmate filių: atq3 ī diuino ſermōe diſcipulų. ſacerdotiū ī iſrahel agēs ſe cūdū carnē leuita. ad fidē chriſti cōuerſų euāgeliū ī italia ſcripſit: oſtēdēs ī eo qd & generi ſuo deberet. & xpo. nā initiū pricipii ī uoce prophetice exclamatiōis īſtituēs ordinē leuitice electionis oſtendit: ut pdicās pdeſtinatū iohānē filiū zacharie ī uoce āgeli annūciātis emiſſū: nō ſolū ūbu3 carnē factū: ſ3 & corpų dñi ī oīa p uerbū diuine uociſ aīatū: ī initio euāgelice pdicatiōis oſtēderet: ut q hec legēs ſciret cui initiū carniſ in dño: & ihū aduenietis habitaculū caro deberet agnoſcere: atq3 ī ſe uerbū uocis q ī cōſonātibuſ pdiderat īueniret. Deniq3 cū pfecti euāgelii opų ītrās. & a baptiſmo dñi pdicare deū ichoās: nō laborauit natiuitatē carniſ quā ī prioribų uiderat dicere: ſ3 totius exprimēs expoſitionē deſerti. numerū ieiunii. tēptationē diaboli. cōgregatiōe3 beſtiarū & miniſteriū protulit āgelorū: ut īſtituēs nos ad inteligēdū ſigula ī breui conpīgens. nec auctoritatē facte rēi demerēt. & pficiēdi opis pleītudinē nō negaret Deniq3 āputaſſe ſibi poſt fide3 pollicem dicitur. ut ſacerdotio reprobus haberetur: ſed tantum conſentiens fidei predeſtinata potuit electio: ut nec ſic in ope uerbi pderet q prių meruerat in genere. Nam

alexādrie epūs fuit. Cui9 p ſingula op9 fuit ſci
rē & euāgelii ī ſe dicta diſponere: & diſciplinā:
legis ī ſe agnoſcere: & diuinā ī carne dn̄i intelli
gere naturā. Que ī nos primū reqri oportet. de
hīc inqſita nolum9 agnoſci habētes mercedē ex
hortationis: q̄m qui plātat & qui rigat unū ſūt:
qui autem incrementum preſtat deus eſt.

¶Incipit prolog9 ī euāgeliū ſecūdū Iohāneȝ.

HIc ē iohn̄s euāglīſta un9 ex diſciplīs dn̄i:
q uirgo a dō electo9 ē quē de nuptiis uolē
tē nubere uocauit de9. Cui uirgītatis in hoc du
plex teſtimoniū datur ī euāgelio: ꝙ & p̄ ceteriſ
dilect9 a dō dicitur: & huic mr̄eȝ ſuā pēdēſ ī cru
ce comēdauit dn̄ſ. ut uirginem uirgo ſeruaret.
Deniqꝫ maīfeſtāſ ī euāglio ꝙ erat ip̄e ī corrup
tibilis ūbi op9 īchoās: ſol9 ūbuȝ carnē fcūȝ eē:
nec lumē a tenebris cōp̄hēſū fuiſſe teſtatur: pri
mū ſignū ponēs ꝙ ī nuptiis fecit dn̄s oſtēdēs ꝙ
ip̄e erat: ut legētib9 demōſtraret ꝙ ubi dn̄s in
uitat9 ſit. deficere nuptiarū uinū debeat: & ue
terib9 īmutatis. noua oīa q̄ a xp̄o īſtituūtur ap
pareāt. Hoc aūt euāglīū ſcripſit ī aſſia. poſtea
q̄uā ī pathmoſ īſula apocalypſī ſcripſerat ut cui
ī p̄ncipio canoīſ īcorruptibile p̄ncipiū p̄notatur
ī geneſi: ei etiā īcorruptibiliſ finiſ p uirgīē ī apo
calyipſi redderetur dicēte xp̄o ego ſum alpha &

o. Et hic ē iohñs: q ſciēſ ſupueniſſe diē receſſ9 ſui. cōuocatis diſciplīs ſuis ī epheſo. ꝑ multa ſi gnorū expimēta promēs xp̄z: deſcēdens ī defoſ ſū ſepulture ſue locū fcā ōrone. poſit9 ē ad pr̄es ſuoſ: tā extrane9 a dolore mortiſ q̄z a corruptio ne carnis īuenitur alienus. Tñ poſt oēs euange liū ſcripſit: & hoc uirgini debebatur. Quorū tñ uel ſcriptorū tp̄oris diſpoſitio. uel librorū ord' natio. ideo a nobis ꝑ ſigula nō expoītur: ut ſci ēdi deſiderio collato & q̄rētib9 fruct9 laboriſ: & deo magiſterii dotrina ſeruetur

Incipit prologuſ ſpālis ī eplā3 ad Romanoſ.

Romani ſūt q ex iudeis & gētib9 credide rūt. Hi ſupba cōtētione uolebāt ſe alte rutrum ſupponere. Nā iudei dicebāt. Nos ſu m9 pplūs dei quoſ ab initio dilexit & fouit Noſ circūciſi ex genere abrahā ſcā deſcēdim9 ex ſtir pe: & not9 retro apud iudeā tātum deus. Nos de egypto ſignis dī & uirtutibus liberati: mare ſicco ꝑtrāſiuimus pede: cū inimicoſ nr̄os grauiſ ſimi fluctus īuoluerēt. Nobis pluit māna dñs in deſerto. & quaſi filiis ſuis celeſte pabulu3 mi niſtrauit. Nos die. noctuq3 ī columna nubis ig niſq3 p̄ceſſit: ut nobiſ ī inuio iter oñderet. Atq3 ut cetera ei9 circa nos īmēſa bñfitia taceamus: nos ſoli digni fuim9 dei legē accipere. & uoce3 dī loq̄ntis audire. eiuſq3 cognoſcere uoluntate3

In qua lege nobis promiſſus eſt xp̃s ad quos eti am ip̃e ſe ueniſſe teſtat9 ē dicēs: nō ueni niſi ad oues q̄ p̱ierāt dom9 iſrahel: cū uos canes potius q̄3 hoīes appelauerit. Equū ne ergo ē ut idola hodie deſerētes qb9 ab initio deſeruiſtis nobis cōp̱emi. & nō poti9 in proſelitorū locū ex legis auctoritate & cōſuetudine deputemi? Et hoc ip̃3 nō merebamī niſi qa larga ſp̱ dī clemētia uoluit uos ad nrā3 imitationē admittere. Gētes etiā e cōtrario īndebāt. Quāto eī maiora erga uoſ dī bn̄fitia narraueritis tāto maioriſ uos crimīſ reoſ eē mōſtrabitis. Sēp̱ eī his oīb9 extitiſtis īgrati. Nā ip̃is pedib9 qb9 aridum mare trāſiſtis. lude batis an̄ idola q̄ feciſtis: & ip̃o ore quo paulo an te ob necē aduerſariorū dn̄o cātaueratis: ſimula cra uobis fieri popoſcitis. illis oclīs qb9 ueneran do deū ī nube uel igne cōſpicere ſolebatis. ſimu lacra ītuebamī Māna quoq̄ uobiſ faſtidio fuit: & ſp̱ ī deſerto cōtra dn̄m murmuraſtis ad egyp tū ūde maū ualida eiecerat: redire cupiētes. quid plura? Ita p̄reſ urī crebra prouocatiōe dn̄3 irrita uer̄t ut oēs ī heremo morerētur: nec pl9 ex ſeni orib9 eorū q̄3 duo hoīes terrā repromiſſioīſ ītra rēt. S3 qd ātiq̄ replicam9. cū etiā ſi illa mīme fe ciſſetis de hoc ſolo nemo uos dignos uenia iudi caret: q̱ dn̄3 xp̃3 prophārū ſp̱ uobiſ uocib9 repro miſſū nō ſolū ſuſcip̱e noluiſtis. ſ3 etiā morte peſ ſima p̱emiſtis? Quē ut nos cognouimus. ſtatim

credidim9: cũ nobiſ de eo ãtea nõ fuerat p̃dicatũ Vnde probatur: ꝙ idolis ſeruiui9. ñ obſtinatioĩ mentis: ſꝫ ignorantie deputãdũ. Qui eĩ cognitũ ilico ſeqmur: olĩ utiqꝫ ſeq̃remur ſi ãtea cognouiſſem9. Sic ãt uos de geñis nobilitate iactatis q̃ſi nõ morũ imitatio magis q̃ꝫ carnalis natiuitas filios uoſ faciat eẽ ſcõrũ Deniqꝫ eſau & iſmahel cũ de ſtirpe ſit abrahe. mĩme tñ ĩ filiiſ reputãtur Hiſ taliter altercãtib9. aplũſ ſe mediũ ĩterponẽſ ita ꝑtiũ dirimit qõnes ut neutrũ eorũ ſua iuſtitia ſaluté meruiſſe cõfirmet: ãbos uero pplõs & ſciẽter & grauiter deliq̃ſſe. Iudeos q̃dẽ ꝙ ꝑ p̃uaricationẽ legiſ deũ ĩhonorauerit: gñs uero ꝙ cũ cognitũ de creatura creatorẽ ut deũ debuerit uenerari. glĩaꝫ ei9 ĩ maũ fcã mutauerit ſimulacra. Vtroſqꝫ etiã ſilr̃ ueniã cõſecutos: eq̃les eẽ ueriſſima ratiõe demõſtrat: p̃ſertĩ cũ ĩ eadã lege p̃dictũ ſit & iudeos & gñs ad xp̃i fidem uocãdos eſſe Quãobrẽ uiciſſi eos humilians ad pacẽ & cõcordiã cohortatur.

Incipit argumẽtũ.

ROmani ſũt ꝑtis italie. Hi p̃ueti ſũt a falſis aplĩs: & ſub noĩe dñi nr̃i ihũ xp̃i ĩ legẽ & prophãs erãt idocti. Hos reuocat aplũs ad ueram & euãgelicã fideꝫ: ſcribẽs eis a corintho.

Incipit prolog9 ĩ primã eplãꝫ ad Corinthios

EPiſtola prima ad corīthios multaſ cauſas diūſasq; cōplectitur Quarū partem relatiōe fratrū cognouit aplūs. Partiꝫ ipſorū corīthiorū ſūt lr̄is indicate. Nō nullas uero pro officii ſui cura. aut ordīat. aut emēdat. & uariis curatioib9 medetur diuerſa īfirmitate lāguētib9. Nā apud eos primū curatur diſſēſioīs uitiū. ꝙ multi pſeudo aplōrū unitateꝫītulerūt ſcīdētes ecclīe. ut proprii noīs facerēt ſectatores. ꝙ his exprobratur ūbis aplūs. Hoc aūt dico ꝙ un9qſq; urꝫ dicit. Ego qdē ſū pauli. ego āt appollo. ego uero cephe. ego āt xp̄i. Et obliq horū ſe dicit facere nominū mētionē. ut multo magis erubeſcāt id ſe facere ſub falſorū aplōruꝫ noīb9. ꝙ etiā ſi ſub pauli & petri fiet noīe diſpliceret Scdā cā ei9 īducitur: q pr̄ne oblit9 reuerētie uxorē ſibi nō erubuit facere de nouerca. Quod facin9 licet fornicationē appellauerit aplūs. tn̄ ita cōdēnauit ut ī ultionē fcī auctorē talis opis diabolo iudicauerit deputādū: īpoſita iudiciorū & litiū tertia qōne. Quarto loco matrimoniorū iura tractātur his. Quīto loco uirginitatis cōſiliū uelut e uicino cōiūgitur. Sexto loco de eſcarū licētia diſputatur Septīo atq; octauo loco de attōdēdo uiris. & mulieribus uelādo capite. ac ſacramētorū coīone p̄cipitur. Nono loco emulatio q̄ diūſitate donorū ſp̄ualiū naſcebatur ſub exēpluꝫ mēbrorū & corpis caſtigatur Decīo reſurectiōis

ſpes multis & argumētis & rōnib9 approuatur. Vltimo de colligēdis ad neceſſitatē ſcōrū noīe caritatis cura uel edificatio culmē īponitur. Interſerūtur his pauce q̄ aut: ut q̄buſdaȝ uidetur: pēdēt ex ſupiorib9. aut hn̄t licet propriaſ tamē paruulas actiones

Incipit argumentum.

COrinthii ſūt achaici: & hi ſimiliter ab aplō audierunt uerbū ueritatis: & ſubuerſi ſūt multipharie a falſis apoſtoliſ Quidā a philoſophie uerboſa eloquentia: alii ſecta legis iudaice inducti ſūt Hos reuocat apoſtolus ad uerā fidē & euāgelicā ſapiētiā: ſcribēs eis ab epheſo p timotheū diſcipulū ſuū.

Incipit prologus ī ſecūdā eplā͞ȝ ad Corīthioſ

IN ſecūda ad corinthioſ eplā quaſi ī pte ſuperiori poſt tribulationū ſuarum relationes reddit cauſas quare ad eos ſecundo non ierit: quoniā nō leui mutatiōe cōſilii feciſſe ſe aſſerit. ſed ne aduētu ſuo triſtitiā incurreret: cum in peccato permanere diſcipulos reperiſſe. Deīde poſt agnitos fruct9 penitētie recōciliat eū eccleſie. quē ī prima propter fornicationē a cōſortio ſcōrū iuſſerat amoueri Tertio cōtra pſeudo aplōs officii ſui digni

tatem tuetur: & noui teſtamēti miniſtros tāto ā teire gr̄a oſtendit: quāto euangeliū ē lege p̄ſtā tius. Immoratur etiā in cauſa illa plurimū quaꝫ breuiter ī prima cōtigerat. ut prōpto ac libēti aīo neceſſaria p̄ſētis uite nō habētibꝰ largiātur & utilitate ſp̄ualis cōmertii cōmutēt p̄ſentia cū futuriſ. atq; abūdantia ſua ſc̄tōrū inopiā ſupple ::ut uiciſſim eorū inopia ſcōrū abūdantia ſup pleatur. In fine repetit ꝙ ſuperiꝰ cōtra pſeudo aplōs egerat. & iactationē eorū p̄dicationeſque de ſe glorioſaſ. uel collata ātiqtate generis. uel cathalogo iniuriarū ac piculorū ſuorū euacuat. dicitq; eos oparios ſubdolos q ad imitationē ſa thane trāsfigurētur in aplōs xp̄i. ſub p̄dicatio nis ſpe lucra pecuniaria queq; ſectantes.

Incipit argumentum.

POſt actā a corīthiis pn̄iaꝫ cōſolatoriā ſcribit eis eplāꝫ aplūs a troade p titū. & collaudās eos. hortatur ad meliora: cōtriſtatos qdem eos. ſꝫ emendatos oſtēdens.

Incipit argumētuꝫ i eplāꝫ ad galathas.

GAlathe ſūt greci. Hi uerbū uerita tis primū ab aplō acceperunt. ſed poſt diſceſſum eius temptati ſūt a falſis apoſtolis; ut in legē & circūci

ſionem uerterētur. Hos aplūs reuocat ad fidē ueritatis:ſcribēns eis ab epheſo.

Incipit argumētū in epiſtolam ad Epheſios

EPheſii ſūt aſiani. Hi accepto uerbo ueritatis. pſtiterūt ĩ fide Hos collaudat apoſtolꝰ ſcribēs eis a roma de carcere ꝑ tychicū diaconem.

Incipit argumētū ĩ eplāꝫ ad Philippēſes.

Philippēſes ſūt macedoñs. Hi acceptō ūbo ueritatis pſtiterunt ĩ fidē. nec recoperūt falſos aplōs. Hos collaudat apoſtolus:ſcribens eis a roma de carcere per epaphroditum.

Incipit argumentū in eplām ad coloſſenſes.

COloſſēſes & hi ſicut & laodicēſes ſunt aſiani. & ipſi preuenti erant a pſeudo aplīs. Nec ad hos acceſſit ipſe apoſtolus: ſed & hos per epiſtolam corrigit. Audierant enim uerbum ab archyppo: qui & myſteriū in eos accepit. Ergo apoſtulus iam ligatus ſcribit eis ab epheſo ꝑ tychicū diaconem & oneſimum acolythum.

Incipit argumētū ĩ eplāꝫ ad theſſalōicēſeſ ꝑma

THeſſalonicenſes ſunt macedones qui accepto uerbo ueritatiſ perſtiterunt in fide: etiã in pſecutione ciuium ſuorũ. Preterea nec receperũt falſos aplós: nec ea q̃ a falſis aplĩs dicebãtur Hos collaudat aplũs ſcribẽs eiſ ab athenis: per tytum diaconem. & oneſimum acolythum.

¶ Incipit argumẽtum in eplãm ſecundam.

AD theſſalonicẽſes ſecũdam ſcribit eplãm apoſtolus: & notũ facit eis de tẽporibus nouiſſimis & de adũſarii deiectione. Scribit hãc eplãm ab athenis p titũ diaconẽ & oneſimũ acolithum.

¶ Incipit argumẽtũ ĩ eplã ad thimotheũ primaꝫ

TImotheũ inſtruit & docet de ordinatione epiſcopatus & diaconii. & omnis eccleſiaſtice diſcipline: ſcribens ei a laodicia per tythicum diaconem.

¶ Incipit argumẽtum in epiſtolã ſecundam.

ITem Timotheo ſcribit de exortatione martirii & omnis regule ueritatiſ: & quid futurum ſit temporibꝰ nouiſſimis. & de ſua paſſiõe. ſcribẽs ei ab urbe roma.

¶ Incipit argumètum in epiſtolã ad titum.

TItum cõmonefacit & inſtruit de cõſtitutione presbyteri & de ſp̃uali cõuerſatione & hereticis uitãdis qui traditionibus iudaicis credunt: ſcribens ei a nicopoli.

¶ Incipit argumètũ in epiſtolã ad philemonẽ.

PHilemoni familiares lr̃as facit pro oneſimo ſeruo eiꝰ: ſcribẽs ei ab urbe roma de carcere per ſupraſcriptũ oneſimum:

¶ Incipit argumètũ in epiſtolã ad hebreoſ.

IN primis dicendũ ẽ cur aplũs paulus in hac epiſtola ſcribenda non ſeruauerit moreꝫ ſuum: ut uel uocabulum nominis ſui uel ordinis deſcriberet dignitatẽ Hec cauſa eſt. ꝙ ad eoſ ſcribẽs q ex circũciſione crediderãt quaſi gentiũ apoſtolus & nõ hebreorũ: ſciens quoqꝫ eorũ ſupbiã: ſuãqꝫ humilitatẽ ip̃e demonſtrãs: meritũ officii ſui noluit ãteferre. Nã ſimili modo etiã iohãnes aplũs propter humilitatem in epiſtola ſua nomẽ ſuum eadẽ ratione nõ pretulit. Hãc ergo eplãm fertur aplũs ad hebreos conſcriptam hebraica lingua miſiſſe: cuius ſẽſũ & ordinẽ retinens lucas euãgeliſta poſt exceſſum apoſtoli pauli greco ſermone compoſuit.

Incipit pfatio hieronymi in act9 apoſtolorū

CAnit pſalmiſta: ābulabunt de uirtuti
bus in uirtutes. Poſt apli pauli eplās
dudū uno uobis uolumine translatas
dōmō & rogatiāe cariſſimi. act9 aplō
rū cōpellitis ut trāsferā ī latinū: quē librū nulli
dubiū ē a luca ātioceno arte medico q poſtea in
ſeruiēs paulo aplō xp̄i fact9 ē diſcipul9 fuiſſe e
ditū. Ceruices p̄mit īpoſita ſepi9 oneris magni
tudo: qa ſtudia īuidorū rep̄hēſiōe digna putāt
ea q̄ ſcribim9: illorū nūquā odio & detractione.
iuuāte xp̄o meū ſilebit eloqū. Act9 aplōrū nudā
qdē uidētur ſonare hiſtoriā: & naſcētis ecclīe in
fātiaʒ texere: ſʒ ſi nouerim9 ſcriptorē eorū lucā
eſſe medicū. cuius laus eſt in euāgelio: aīaduer
tim9 piter oīa uerba illi9 aīe lāguētis eſſe me
dicinam.

Itē alius prologus.

LVcas antiocēſis natiōe ſyr9 cui9 laus ī e
uāgelio canitur apud āthiochiā medicine
artis egregius. & aplōrū xp̄i diſcipulus fuit: poſ
tea uſq; ad confeſſionē paulū cōſecutus aplūm.
ſine crimine in uirginitate pmanens. deo malu
it ſeruire. Qui ſeptuagīta quatuor annoſ etatiſ
agens in bithynia obiit plenus ſp̄u ſancto: quo
inſtigante in achaie partibus euangelium ſcri
bens grecis fidelibus incarnationem dn̄i fideli

narratiõe oſtẽdit: eũdẽq́ʒ ex ſtirpe dauid deſcẽdiſſe mõſtrauit. Cui nõ immerito ſcribẽdorũ actuum apoſtolicorũ ꝑtãſ ĩ miniſterio datur: ut deo ĩ deũ pleno. & filio ꝑditionis extĩcto: oratione ab aplĩs facta: ſorte dñice electiõis numerus cõpleretur. Sicq́ʒ paulꝰ cõſumatiõem apoſtolicis actibus daret. quãdiu cõtra ſtimulũ calcitrãtẽ dñs elegiſſet. Quod legẽtibꝰ & reqrẽtibꝰ deũ breui pòtiꝰ uolui oſtẽdere ſermone: quã prolixius aliqd faſtidiẽtibꝰ prodidiſſe: ſciens ꝙ opantẽ agricolã oporteat primũ de ſuiſ fructibꝰ edere Que ita diuina ſubſecuta ẽ gr̃a: ut nõ ſolũ corporibꝰ. ſed etiã animabus: eius proficeret medicina.

¶ Incipit prologus in ſeptẽ epiſtolas canonicaſ

Non ita eſt ordo apud grecos qui integre ſapiunt fidenque rectã ſectantur: epiſtolarum ſeptem que canonice nuncupãtur: ſicut in latinis codicibuſ inuenitur ut quia petrus eſt primus in ordine apoſtolorum: prime ſit etiam eius epiſtole in ordine ceterarũ. Sed ſicut euãgeliſtas dudũ ad ueritatis lineam correximꝰ: ita haſ proprio ordini dõ iuuãte reddimuſ. Eſt enĩ prima earũ una iacobi. due petri. treſ iohãniſ & iude una Que ſi ſicut ab eiſ digeſte ſũt: ita quoq́ʒ ab ĩterp̃tibꝰ fideliter ĩ latinum

uerterētur eloquiū: nec ābiguitatē legētibus fa
cere... nec ſermonū ſeſe uarietas īpugnaret: illo
precipue loco: ubi de unitate trinitatis ī prima
iohānis eplā poſitū legim9: in qua etiā ab īfide
lib9 trāslatoribus multū erratū eſſe a fidei ueri
tate cōperimuſ: triū tātūmodo uocabula. hoc eſt
aq̄ ſāguinis & ſp̄s in ipſa ſua editione ponētib9:
& patris uerbiq; ac ſpiritus teſtimoniū omitten
tibuſ. In quo maxime & fides catholica robora
tur: & patris & filii & ſp̄us ſcī una diuinitatis ſub
ſtātia cōprobatur. In ceteris uero epiſtolis q̄n
tū a nr̄a aliorū diſtet editio: lectoris prudētie de
relīquo. Sed tu uirgo xp̄i euſtochiū dū a me īpē
ſius ſcripture ueritatē inq̄ris: meā quodāmodo
ſenectutē inuidorū dentibus corrodendam expo
nis: qui me falſarium corruptoremq; ſāctarū pro
nūciant ſcripturarū. Sed ego in tali ope nec emu
lorū meorum inuidentiam pertimeſco: nec ſācte
ſcripture ueritatem poſcentibus denegabo.

## ¶ Prologus in Apocalypſim.

Iohannes apoſtolus & euangeliſta a
xp̄o elect9 atq; dilect9. ī tāto amo
re dilectionis uberior habit9 eſt ut
ī cena ſupra pect9 ei9 recūberet. & ad crucē aſtā
ti: ſoli matrē propriā cōmēdaſſet ut quē nubere
uolētē ad āplexū uirginitatiſ aſciuerat, ipi etiaȝ

cuſtodiendam uirginē tradidiſſet: Hic itaq; cū propter uerbum dei & teſtimoniū ihū xpi in patu moſ inſulam ſortiretur exilium: illic ab eodem a pocalypſis preoſtenſa deſcribitur: ut ſicut in pri cipio canonis ideſt libri geneſeos. incorruptibile principium pernotatur ita etiam incorruptibilis finis per uirginem in apocalypſi redderetur dicē tis. Ego ſum alpha &/o/initium & finis. Hic eſt iohannes. qui ſciens ſuperueniſſe ſibi diē egreſ ſionis de corpore conuocatis in epheſo diſcipulis deſcendit in defoſſum ſepulture ſue locū: oratio neq; completa reddidit ſpiritū tam a dolore mor tis factus extraneus: quam a corruptione carnis noſcitur alienus Cuius tamē ſcripture diſpoſitio uel libri ordinatio ideo a nobis per ſingula nō ex ponitur: ut neſcientibus inquirendi deſideriū col locetur: & querentibus laboris fructuſ & deo ma giſterii doctrina ſeruetur.

DEO GRATIAS.